COMPENDIVM
DE DIVERSIS REGVLIS IVRIS CAESAREI SEV CIVILIS: DIGESTORVM Libri L. Titulus XVII. serie Alphabetica.

COLLATVS SVMMA VIGILANTIA CVM *Pandectis Florent. & alijs veterib. exemp. impress. nec non manuscrip. lib multò emendatior quàm vnquàm anteà red ditus, illustratusq; quàm succinctissimis commentariolis: ac nonnullis suis demonstratis Antinomijs, & exemplis.*

PER GEORGIVM VIVIENNVM ANTuerpianum I. V. Doctorem: Aduocatum Cancellariæ & supremi Concilij Brabantiæ. D. Philippi Hisp. Regis, nec non Reuerendiss. Episcopi Cameracensis, Iuratũ, &c.



COLONIAE,
Apud Theodorum Baumium.
Anno MDLXXI.

INSIGNIA GENTILITIA.

VIVI EN.

PRVDENS STVDET VIVERE.

ORNATISSIMO PRVDENTISSIMOQVE VIRO PETRO STEINVVICHIO, ARTIVM ET IVRIS

vtriusque Doctori, nec non Amplissimi Senatus Coloniensis à Consilijs. &c. Georgius Viuiennus Antuerpianus.
S. D. P.



A propter Deus Opt. Max. humanæ naturæ notitias ac mentis aciem indidit, & semina artium sparsit, dignissime Doctor, vt testaretur qualis sit, & quibus rebus cum hominum societatem inter sese velit esse copulatam, tum Dei maginem in terris conseruatam: nimirum iustitia, humanitate, liberalitate, & reliquarũ virtutum cultura, quæ in ipso tanquam pul-

cherrimo ſpeculo conſpiciantur. Etſi enim id ipſum ſingularū partium mũdi, pulcherrima planeq́ accuratiſſima conglutinatio, & diſtributio euidẽter oſtendunt: ſicut verè Baſilius inquit: κόσμος ἐστὶ παιδευτήριον θεογνωσίας: & peculiari doctrina ex ſinu æterni patris prolata, diuinam eſſentiam, & immotã voluntatem ipſe filius εἰκὼν, ὁ ἀΐδιος ἀϊδίου πατρὸς patefecit: tamen hanc cognitionẽ in hominnm animis & excitat & alit & cõfirmat ipſa ſeu diſciplinarum, ſeu profeſſionũ certitudo, vt quò quæq́ earum plus demonſtrationũ habeat, eò magis diſcentes de Dei, ac archetypi eſſentia commonefacere videatur. Hinc grauiter quidẽ Plato dixit gratã de Deo famã in artibus ſparſam eſſe: & Ariſtides earũ beneficio primũ omnium Dijs munera offerri cœptũ eſſe prodidit. Etſi verò de omnibus

& te-

& tota ἐγκυκλοπαιδία ita, vt dixi, statuendum est: quæ profectò ingens & incredibile Dei donũ est: tamen sicut alia ars alia illustrior est, & propius ad κοινὰς ἐννοίας accedit, ex ijsq́ plus roboris, & authoritatis accipit: ita meritò post sacrã Theologiam principẽ locũ sibi vendicat, ac obtinet Iuris Ciuilis doctrina, quæ est pars legis diuinæ: præcipiens de externis actionibus, & ad normã Iustitiæ, bonitatis, æqualitatis, aliarumq́ pulcherrimarum virtutũ à mẽte Dei tanquã augustissimo sole relucentiũ, assuefaciens & flectẽs homines, & cohercẽs ac refrenãs naturæ nostræ deprauatæ cõtumaciam, ac aberrantes cupiditates, ne turbent sapientissimè à Deo sancitã & constitutã societatem. Meritò ergò grauissimo consilio institutũ est, vt publicè & in quadam eruditorũ frequentia, tri-

tribuantur doctrinæ testimonia. Nec verò aliud magis decet in talibus congreßibus, q̃ & celebrare Dei dona, et petere eorũ conseruationẽ, & dicere aliquid de doctrina diuinitus mõstrata generi humano, ad erudiẽdos iuniores, aut excitãdos ad amorẽ doctrinæ et virtutũ. Hos honestißimos ritus aspernari, tetra barbaries est, & disciplinæ ac morib. perniciosa. Qua gratia, est quòd pectora exuscitemus & grati Deũ celebremus Legũ & doctrinarũ fontem, ne hæc sua dona in his Regionibus deleri sinat. Duæ sunt autẽ summæ virtutes cõprehensæ in ea, q̃ nominãtur Gratitudo videlicet, Veritas & Iustitia. Veritas agnoscit, vnde profectũ sit beneficiũ, & autorẽ celebrat. Iustitia obligat ad mutua officia. Grati igitur affirmamus leges verè eße sapientiam Dei, cuius radij in hominum

mentes

mentes transfusi sunt, & pro hoc optimo munere fateamur nos Deo debere gratiam, ipsius celebrationẽ & reuerentiam, & obedientiam, iuxta has ipsas leges, quas nobis tradidit. Deinde eũ ardentibus votis oramus, vt & Ecclesiam & eius hospitia seruet, & accendat pectora nostra, vt semper eũ vera inuocatione colamus, & tribuat Politijs pacem, & in eis tueatur leges, iudicia, disciplinam, & doctrinarum studia. Hæc precatio hoc tempore sit ardẽtior, quia (si rem introspiciamus) magna pars Germaniæ bello ardet, et fiunt vastitationes, quas sequuntur literarũ & Legũ interitus, laxatio disciplinæ, ꝓphanitas opinionũ et morũ, contẽptus Religionis et Iudiciorũ, vita similis beluinæ, hæc tãta mala vt clemẽter auertat Deus omnipotẽs et misericors aßiduis gemitib. et votis orãdus

est. Nam fatendum, gratoque pectore prædicandũ: magnum & admirandũ Dei opus esse politias benè cõstitutas, & ingens ac inenarrabile Dei donũ esse ipsam Legũ doctrinã, quæ ex Dei imagine desumpta est, & eã in terris illustrat: Vt meritò omnium virtutum penus quasi, & vt Thucydides de historijs inquit, κτῆμα, & disciplinæ Deo & hominibus probatæ creatrix, & pacis conciliatrix, & cunctarũ actionũ regina habeatur. Quod cum ita sit, excitemur ad Legũ reuerentiã & hãc lucem diuinitùs nostris mentibus insitam, aut ingratitudine, aut negligentia non extingui sinamus: sed eã omni cura & studio tueamur. Vt enim corrupti prorsus stomachi est conuenientes sibi cibos respuere ac perniciosos expetere: ita furor detestãdus, & exitiosus est, sapientiã Dei & eius ordi-

nationē contemnere, quam certè amētiam atroces pœnæ tam in summis quā infimis hominibus ineuitabili fato comitantur. Ludebat quidē Deum aliquandiu Iulianus Imperator, ac Diabo li instinctu & κακουργίᾳ eò dementiæ perueniebat, vt æternū decretū diuinitatis à filio prolatū de templi Hiero solymitani perpetua desolatione impedire ac irritum facere conaretur. Etsi enim eius excidium multis vaticinijs erat prædictū: tamen vt Christū mendacij cōuinceret, templū illud de integro condere & in pristinum statū vindicare moliebatur. nā publicis edictis longè, lateq́ue in omnibus terræ partibus propositis, dispersos Iudæos ad hāc extructionem reuocauit, & ipse cùm magnū auri & argenti aceruum neruos ædificationis eò misit, tū ex suis intimis Alypū, qui proconsul Angliæ

fuerat, summũ architectum constituit. Sed quem exitum impius, & audax conatus consequitur? cùm iam magna turba ex omnibus propè nationibus cõfluxisset, lapides, calx, ligna, & reliqua ad ædificationẽ pertinentia, non sine magnis laboribus, & ingẽti sumptu comparata haberet: deniq; operi tandem manum admouentes, fundamenta futuri ædificij iacere vellẽt: subitò ex terræ visceribus globuli innumerabiles ignis copiosi eruperunt, qui non modò in operarios grassantes, plurimos miserabiliter interfecerunt, sed totã turbam ad ædificationẽ congregatam repulerunt: ac ita insinuato, nouo, & inaudito pœnæ genere ostendit Deus sibi displicere sui contemptũ, & suæ ordinationis labefactationẽ. Sicut & paulò pòst ipsum Imperatorem telo transfixũ ad suppliciũ rapit. Talẽ aut

certè non lõgè feliciorẽ exitum habuit et Marius. His & similibus exẽplis, quibus plenæ sunt oẽs omniũ temporũ historiæ, cõmonefacti, & ipsum politicũ ordinẽ à Deo institutũ veneremur, et hanc doctrinã eruditã de ciuili gubernatione à sapiẽtia et imagine Dei ortã, & diuino motu p ora principũ et magistratuũ propagatã, & cupidè amplectamur, & studiosè discamus, & toto generi humano suo quisq; loco cõseruemus. De meo igitur singulari studio erga characteres, Digniss. Doctor, vt legũ studiosi cognoscerent (præter tuorũ morum elegãtiorũ splendorẽ, ac omniũ literarũ præstãtiã, virtutemq; tuã haud exiguã) id negocij mihi credidi solũ dari, intereà tẽporis qđ à serioribus negocijs hac in ciuitate vacans sim, donec et quousq; tumult⁹ inferiorũ Reg. sedati sint quoquo modo: maximè vbi ani

maduerterē inter prælegendum titulū De verborū significatione, post absolutos libros D. Iust. Imp. Instit. in hac celeberrima Coloniēsi Academia (quā vestra dignitas sua prudentia etiam adornet atq; gubernet) & necessariò docendas esse studiosam iuuētutē Regulas Iuris: quas vt perciperem, nō iuxta exigentiam latissimæ materiæ & quodammodo medullæ vniuersi Iuris, edoctas hactenus fuisse: nec reperirē vsquam integras illibatas seu correctas regulas: & tamen tā mihi quàm cæteris minimè obesæ naris hominibus persuasissimū esset vetustissimo Florentinarū Pandectarum codice nullū omnino alium integritate ac fide comparandum esse, proptereaq; potissimā ei fidem iure ac meritò habitā in quæstionibus disputationibusq; finiendis, quoties controuersia aliqua superiori-

bus

bus temporibus inter legũ Professores orta fuerit. Eius ordinis hominibus valdè gratificatum iri putantes consiliũ dudum cepimus libri illius ex vmbra in lucem etiam proferendi pro maiori parte. Quæ res cùm denique euentum nunc acceperit, haud percipimus quã feliciter, optamus quidem certè, operæprecium fore putauimus, omnẽ rationem quam in eo libro maximè hoc tit. De Regulis Iuris Antiqui. *perulgando sequuti sumus, explicare. Nam (præter Antinomias, exempla, & concordantias legum à nobis insertas breuis cõmentarij loco, reliqua inter docendum putantes verbalizare) in nullo nos, quod quicquam momenti haberet, ne latum quidem culmen ab eius Florẽtini codicis d. fide discessisse vel hoc in ipso nostro textulo, vel marginali annotatiuncula, vt quoad fieri*

posset,

*posset, eiusdem vera species repræsentaretur. atq; inde factũ est, vt interdũ quædã, pauca profectò, inserta tũ errata quodammodo in Grãmaticis, externi librarij inscitia siue negligentia ea fuerit, aut simpliciter aut certis notis aduertenda studiosæ Iuuentuti proponeremus, potius q̃ ea vel mutaremus nostro iudicio, vel omitteremus, vt ita eis res integra relinqueretur. Notas præterea nonnullas adhibentes diuersa lectoribus significaturi, aliqua enim in contextũ Pandectarum non inserta, verũ posteà addita per antiquũ librariũ tali signo notauimus * * & hoc quidem plurimùm, si et absq; ijs rectus sensus constabat. nam quæ defectu certo supplendo addita rebamur, ea non curauimus demonstrare. Quæ verò ad rectiorem sensum spectarent, & tamen aliquo modo textus ijs carere posset, hu*

set, hu

set, his notis inclusimus ( ) Parenthesim aliâs omnino reiecimus, quòd nunquam in saxis aut manuscriptis libris ea, quo in præsens, vsu recepta sit, inueniatur. Et pro reliquis indicatiuis & distinctiuis signis, lector accurret Epistolam dedicatoriam Enchiridio nostro de Verbor. ac rer. signif. nuperrimè edito, affixã: quò facilius ea dignoscat. Duas item diuersas lectiones ita recepimus, si ambæ congruæ sint visæ: tum quæ primo loco scripta erat, ferè in contextum inserendam curauimus: alteram interiori margini adponendam cum huiusmodi ferè signo † vel literis alphabeticis. Itaque dum studiosorum quantùm fieri posset commoditati consuleretur, hæc à nobis restaurata sunt: nec dubitamus quin grata forent: certò quidem constat in hisce compendijs & re ista

neminem antehac tanta cura incubuisse (etiamsi dicamus, & citra iactantiam) neminem tali fide retulisse, vel Verborũ ac rerum significationes: Regulas Iuris vtriusq;, aut Gradus affinitatis, ac nos: cum tã breui succinctaque (tamen quasi plenaria) cõmentatione. Quam percipiet studiosa I. Iuuẽtus maximè sibi vtilẽ fore: præter alios ac verbosiores commentarios effugiendos iuxt. tit. de vet. iur. enucl. circ. fin. ne conturbentur Regulæ & Ius. Si T. D. versatissime prudentissimeque D. Doctor, dignetur ei receptum dare: cui id facere, simul & me cõmendatum habere, maximè confidam, vicissim ego perpetuam felicitatem eidẽ D. T. optans. Vale.

Ex Colonia Agrippina ipsis Idibus Augusti. 1570.

DE DI-

DE DIVERSIS REGVLIS IVRIS ANTIQVI.

TITVLVS XVII.
Libri Pandectarum Quinquagesimi: per ordinem Alphabeti.

VLPIANVS LIB. LVI. AD EDICTVM.
Lex cxl.



BSENTIA eius, qui Reipublicæ causa abest, neque ei, neq; alij damnosa esse debet.

In glossa. c.ij. de test. in vj. vid. l.ij. §. si quis in iud. ff. si quis cautio. nisi in tribus casibus in d. gloss. positis pro primo membro: quam gloss. dicit communẽ Francisc. de Rip. lib. ij. Responsor. ca. xxj. Catellianus Cotta in memorabilib. Iuris: in verb. absentes. Hanc reg. ponit D. Bernardus de Luco. reg. iij. vbi eam dupliciter limitat. Absens ergo Reip. causa, sic restituitur aduersus præsentem, vt & præsens restituatur aduersus ipsum quõdam præsentem.

PAPINIAN. LIB. XXVIII. QVAEST.

al.lex.lxviij

Lex lxxvij.

a deest in π florent.hęc negatio.

b mancipatio,in floré.

Actus legitimi qui [a] non recipiunt diem vel conditionem:veluti [b] emācipatio, acceptilatio, hareditatis aditio,serui optio,datio tutoris,in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem. Nonnunquam tamē actus suprà scripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehensa vitium afferunt. Nam si acceptum feratur ei qui sub conditiōe promisit:ita demùm egisse aliquid acceptilatio [c] intelligitur, si obligationis conditio extiterit. [a] Quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

c intellegitur in π.florent.

a sic in π. floren.aliàs quod si.

Actus legitimus est lege introductus, vel approbatus, vt contractus iure gentium. Coniunge l.8. de tutel.& rationib. distrahēdis. Alciat.lib.3.Parerg. ca.4.et 5.l. Labeo. de verbor. signific. in prin. l. cum actum.de negoc.gestis.

VLPIAN. LIB. LXXI. AD EDICT.

al.lex.cxcix

Lex clvij.

[] inclusa desunt in π. florenti.

Ad ea,quæ non habent atrocitatem facinoris, vel sceleris,[in his] ignoscitur seruis: si vel dominis, vel ijs, qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus & curatoribus, obtemperauerint.

Semper qui dolo fecit, quo minus haberet: pro eo est

eo est habendus, ac si haberet. In contractibus successores ex dolo eorum [quibus] successerunt, nō tantùm in id quod [ad eos] peruenit, verùm etiam in solidum tenentur: hoc est, (vt vnusquisq; pro ea parte qua heres est, *) conueniatur.*

[] inclusa desunt in π florent.
† Alij non habent has particulas: vt, conueniatur. & desunt quoque in π. florent.

Ex tractatu interdictor. l. is qui in puteum. §. si tutoris. quod vi aut clā. & plura de his. l. velle non creditur. inf. vid. de act. & obligat. §. seruus. in Institut.

IDEM LIB. LXXVI. AD EDICTVM.

Lex clx. al. lex. cxxj.

*ALiud est vendere, aliud a est vendenti consentire. Refertur ad vniuersos, quod publicè fit per maiorem partem. Absurdum est, plus iuris habere * eū * cui legatus sit fundus, quàm heredē, aut ipsum testatorem, si viueret.*

a deest in π. florent.

Qui vendit de euictione promittit, & obstringitur, et si non cauit. Ex tit. de litigiosis. hincq; est quod dicamus eum qui prohibetur manumittere, non prohiberi manumittenti consentire. l. ij. si pater. in fin. de manumiss. vindict. qui consentit sibi præiudicat, non tamen se onerans de euictione.

VLPIAN. LIB. XXXV. AD EDICT. al. Paul.

Lex xlix. al. lex. L

ALterius circūuentio, alijs nō præbet actionem.

Quia ille, cui actio acquiri debet, non videtur consentire illicitis. Et est ex tractatu de tutelis hæc regula desumpta. facit item l. procurator. versic. quod si indebitum. de condi. indeb. l. ij. §. si procurator. sup. Quod quisq; iur. vbi procuratori vel tutori tuo circũuentus promisi vel cõdemnatus fui: aut nullam habes actionem, aut excluderis per exceptionẽ.

CAIVS LIB. XVIII. AD EDICTVM prouinciale.

al. lviij.. Lex lvij.

Bona fides nõ patitur, vt bis idẽ exigatur. Super hoc facit principiũ Instit. quibus modis tollit. oblig. & §. ex huiusmodi. de duobus reis. ibid. subaudi, ab eodem. Hoc ita, nisi voluntas defuncti probetur contraria.

al. l. l xxix. *PAVLVS LIB. XVIII. AD EDICTVM*

Lex cxxvj.

Bona fides [a] *tãtum possidenti præstat, quantũ* a tantundẽ
veritas, [b] *quoties lex impedimento non est.* in w. florẽ.
Ex tit. de petit. heredit. aut de rei ven b quotiens. ibid.
dic. & coniunge l. magis puto. §. 1. de reb. eor. sicut ad dominum, sic ad bonæ fidei possessorem, pro cultura & cura fructus pertinent, nisi lex sit impedimento.

VLPIAN.

VLPIANVS.

Lex cxxix.



Apienda occasio est, &c.

Vide inf. legem seu regulam incipientem, Rapienda.

IDEM LIB. XXX. AD EDICTVM. al.xlviij.

Lex XLVII.

Consilij non fraudulēti nulla obligatio est. Caeterū si dolus, & calliditas intercesserit, de dolo actio cōpetit. Socij mei socius, meus socius nō est.

Extit. mandati. vid.l.2.& vid.iiij.distinct.cap.fin.in fine.& l.ij.§.fin. mādat. Dans cōsilium quamuis non expediens non tenetur; Quia liberum cuique est experiri an expediat. Sed dolo interueniente, de dolo teneor.

VLPIANVS LIB. XXIX. AD SABINVM.

Lex xxiij.

Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum & culpam. Dolū tantùm, depositum & precariū, dolum et culpam, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum: item dotis datio, tutela, negocia gesta. In his quidem & [a] diligentia. [Sed &] societas, & rerum communio, & dolum & culpam recipit. Sed hac ita, nisi si quid nominatim conuenit,

a diligentiā in π.florēt. [] inclusa ibid. desunt

vel plus vel minus in singulu contractib. nam hoc b cōtractus in π. florét. *seruabitur quod initio cōuenit: legē enim b cōtractus dedit, excepto eo, quòd Celsus putat, nō valere, si cōuenerit, ne dol⁹ præstetur. Hoc enim bonæ fidei* cesse in alijs vet. impres. *iudicio contrariū c est: & ita vtimur. Animaliū verò casus, mortesq; q̄ sine culpa accidūt: fugæ seruorum, qui custodiri nō solent: rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, à nullo præstantur.*

Cōiunge l.xj.deposit.& l.si vt certo.§. nunc videndum. 1.ff.commodat. l.1.§.si vestimenta.& §.fin.ff.eod.

CAI. LI. XXVI. AD EDIC. PROVIN.

al.lcxix. Lex clviij.

CReditor q.pmittit rē venire, pignus dimittit.

Permittit, scilicet expresśim: nā si simpliciter nō videť remittere. ex tit. de migrand.& vid. Dec. cum Paror. hîc.

PAVL. LIB. XVI. BRE. EDICTI.

Lex cxlviij.

al.cxc. *CVius effectus omnibus prodest, eius & partes ad a omnes pertinent.* a vniuersos

Quarū rerū cōmodum pdest hęredib. omnib. earū rerū partes ad singulos pertinēt. ex ti. de reb. author. iudic. posśidéd. & vid. l.q̄ de tot. de rei vēd. l.q scit. de vs.

PAVL. LIB. XLII. AD EDICT.

Lex

Lex liij. al. lex. liiij.

CVius per errorem dati, repetitio est: eius consultò dati, donatio est.

Qui tutus exceptiõe pacti, doli vel SC. Velleiani si ignarus soluit, potest repetere. ex l. si quid in fraud. patron. & adde l.i. in fin. de cond. indeb. l. indebitũ. C. eod. Paul. de Castro. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. verũ si conscius prædictarum exceptionum soluit: quod donasse videtur, non reposcit.

VLPIAN. LIB. LV AD EDICT.

Lex clxiij. al. ccxxiiij.

CVi ius est donandi, eidem & vendendi, & concedendi ius est.

Ex tit. de liberal. caus. vid. Dec. hoc tit. et permutandi ius est, sed non contrà.

PAVLVS LIB. XXXIX. AD EDICT. al. Vlpian. lex. xxxvij.

Lex l.

CVlpa caret, qui scit, sed prohibere non potest.

Ex tit. de noxalib. l. nullũ crimẽ. eod. hoc tit. inf. l. i. §. occisorũ. ad Syl. vel quia lõgè maneat, vel quia seru⁹ eũ contẽnat.

POMPON. LIB. XXVII. AD SABIN.

Lex xxxvj. al. ij.

CVlpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti.

Veluti adire hæreditaté ad se nõ pertinenté: cùm oés scire debeant quod suum nõ est, hoc ad alios omnino ptinere. vide l.2.quod quisque iuris.

PAVLVS LIB. III. QVAESTIONVM.

al.lxxxv. Lex lxxxiiij.

a.debeatur *CVm amplius solutũ est, quã [a] debebatur: cuius pars nõ inuenitur, quæ repeti possit, totũ esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione. Is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus.*

Id quod soluit quandoq; pro parte diuisioné recipit, vt fundus, pecunia, quandoq; nõ, vt via, iter. Cõiunge l.Iulian.de condic.indeb.l.si non sortem.§.si centũ. de cond. indeb. Cùm ergo fundum solui cuius tãtùm partem debui: parté repeto. si viam solui, cùm iter deberé, non parté sed totũ reposco, manente integra pristina obligatione itineris.

VLPIAN. LIB. LXX. AD EDICTVM.

al.cxcvi. Lex cliiij.

CVm par delictum est duorũ, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa: sicut fit, cùm de dolo excipitur petitoris: neq; enim datur talis replicatio petitori, † Si nõ rei quoq; in ea re dolo actum sit. Illi debet permitti pœnam petere,

† aliàs, aut si rei, vel, aut si non rei.

tere, qui in ipsam non incidit.

Ex tractatu interdictorũ. Et hîc Phil. Dec. Sic est quãdo libertus temerè in ius patronum vocat, & alius vi eximit.

PAVLVS LIB. XX. AD EDICTVM.

Lex cxxvij. al. clxx.

CVm Prætor in hæredem dat actionem, quatenus ad eum peruenit: sufficit, si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

Ex tit. de petit. hęreditat. l. videamus. ff. quod met. caus. ex dolo defuncti tenetur hæres, quatenus ad eum peruenit.

IDEM LIB. XV. AD PLAVTIVM.

Lex clxxviij. al. l. cxxxix.

CVm principalis causa non consistit, [a] plerunq; nec ea quidem, quæ sequuntur, locum habẽt. a. consistat in π. florét. b. ne ea. ibi.

Coniũge capit. 129. ff. eod. ex quo orta est regul. accessorium. vt alienatio pdiorum minoris sine decreto, si locũ nõ habet, nec traditio vel euictionis ꝓmisio.

VLP. LIB. LIII. AD EDICTVM.

Lex clxv. al. lex. cxxvi.

CVm quis posit alienare, poterit & consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam eius voluntatem habendam.

Super hac reg. vid. sup. aliud est ven-

dere.cùm minus ſit cõſentire quàm alienare.

CAIVS LIB. I. AD EDICT. PROV.

al.cviij.
a.ſeruo in florent.

Lex cvij.

Cum ſeruis [a] nulla actio eſt.

Ex trac.de iurisdic.& vid.l.in perſonã hoc eod.tit.ſeruus in ciuili cauſa nec agere nec coueniri poteſt:in criminali tamẽ & accuſare & accuſari poteſt.

al.Paul.

VLPIAN. LIB. XXIII. AD SABIN.

Lex xvij.

a.al,additur,

Cùm tempus in teſtamento [a] adijcitur,credendum eſt pro hærede adiectum, niſi alia mẽs fuerit teſtatoris:ſicut in ſtipulationibus,promiſſoris gratia tempus adijcitur.

Coniunge.l.x.& xiij.quãdo dies lega. ced.l.ſi ita relictum.§.Pegaſus.de leg. iij. tẽpus alibi adiectũ creditur facti ꝓ debitore,vt ante tẽpus ſoluens poſsit liberari.

VLPIAN. LIB. XXXVI. AD SABI.

Lex xxviij.

al.xxix.



Diuus Pius reſcripſit, eos, qui ex liberalitate ſua conueniuntur : in id quod facere poſſunt, condemnandos.

Sumpta eſt hæc regula ex leg. ſi extraneus.de iur.dot,& coniũge l. ſi quid crede-

diderit sup.ff.de pact.&l.maritũ §.vt sol mat. §. sunt prætereà versic. idem est Instit.de action. l. inter eos.§. is quoque de re iudic.deductoetiam debito,nec cui ctio præstanda est,ex solo pacto.

IDEM LIB. III. OPINIONVM.

Lex lxj. al.lxij

Domum suam reficere vnicuiq; licet, dum nõ officiat inuito alteri,in quo ius nõ habet.

Hoc est,in suo fundo, facere quis potest ꝙ volet,modo alteri non noceat in eo,in quo seruitutem non habet.Coniunge l.ij.de oper.public.

PAPINIANVS LIB. IX. RESPONS.

Lex lxxxij. al.l.lxxxiij.

Donari videtur,ꝙ nullo iure cogẽte cõceditur.

Licet ex necessitate naturalis iuris & dare &donare posit.l.donari. de donationib. & ibi Alb. & Imol. cũ Andr. l. si non sortem.§.indebitũ de cõdict. indeb.

IVLIANVS LIB. LIIII. DIGEST.

Lex lxvj.



A est natura cauillationis,quã Græci σόφισμα appellant,vt ab euidẽter veris,per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt,[a] perducatur.

σωρίτην in flor. aliâs σοφιστικὸν.
[a] sic in pãd: flor. aliàs producatur

Con-

Concordat textus.l.natura cauillationis.tit.prox.c.venerabilis.de iudic.&ibi Andreas.Cauillare dicitur,qui de assumpto, quod euidenter verum est,dissimiliter acceptis terminis,quod falsum est, infert.

VLPIANVS LIB. XXIII. AD EDIC.

al clxxvij. Lex. cxxv.

pro inclusis legitur in.π flor.dari.

b.aliâs, existiunt.

EA qua [addandum] impossibilia sunt, vel qua in rerum natura nō[b] sunt, pro non adiectis habentur.

Argumenta huius regulæ desumes ex re.& l.su.Bona fides.& l.Impossibiliũ inf.In rerum natura non existentia, pro non adiectis habentur.

IVLIANVS LIB. XXIX. DIGEST.

Lex lxv.

EA qua rarò accidunt,non temerè in agendis negocijs computantur.

Veluti qui ad monstrum vel prodigiũ nascitur declinās.veluti tergemini.Adde textum.l.nam ad ea de legib. cum simil.vt per gloss. in c. per literas. de despons.impub.

MARCELLVS LIB. XXIX. DIGES.

al.lex. cliij. Lex cxcij.

EA qua in partes diuidi non possunt, solida à singu-

ſingulis hæredib. debentur. In re dubia benigniorẽ interpretationẽ ſequi, nõ minꝰ iuſtius eſt, q̃ tutius.

Coniunge l.3. de ſeruit. legat. l. ij. §. ex his. de verb. oblig. veluti actus, iter, via. Vnde qui cõuentus in ſolidum pręſtat, pro partibus cohæredes conueniet.

HERMOGENES LIB. III. IVRIS EPITOMARVM. Hermogenianus in florent.

LEX XCVIJ. al. xcviij.

EA ſola deportationis ſententia aufert, quæ ad fiſcum perueniunt.

Repete ex gloſſ. l. deportatorum. C. de pœn. & not. per gloſſ. in §. relegati. Inſtitut. quibus mod. ius patriæ poteſt. ſoluit. Itaque dos ad fiſcum non pertinens dimidium quoque ſubſtantiæ ſuæ liberis ſit reſeruandum.

PAVLVS. LIB. III. AD SABIN. al. Vlpian.

Lex iij.

EIus eſt nolle, qui poteſt & velle. Ia. Eius eſt non nolle.

Vid. l. pater Seuerinam. in princip. ff. de condit. & demonſtrat. & ibi Bartol.

MARCELLVS LIB. III. DIGEST.

Lex clxxxiij. al. l. cxliiij.

ETſi nihil facilè mutandum eſt ex ſolennibus, tamen vbi æquitas euidens expoſcit, a ſubueniendum eſt. a. poſcit. in π. florent.

Extit.

Ex tit.de in integr.restitut.item concordat cum eo Angel.& l.iudex posteaquam de re iudic. vt citato non respondenti,& eo contrariam sententiam merenti.

VLPIANVS. LIB. II. DISPVTAT.
Lex lviij.

al.lix. a.solet in patrẽ de peculio actio dari.sic in florentin. legitur.

Ex pœnalibus causis non solet [a] *actio in patrẽ de peculio dari.*

Nisi quatenus pater esset factus locupletior vt est l.iij.§.ex de pecul.Ex titulo de pecul. vt hæc regula est desumpta:& gloss. hîc iudicati actione magis spectanda, quæ est quasi ex contractu, quàm obligationis origine.

IDEM LIB. LXVII. AD EDICTVM.
Lex xlix.

al.cxcij.

Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet.

Annecte.l.cum à matre.C.de rei vendic.l.si ab eo.C.de negoc.gest. l.vxor.C. de bon. aucto.iudi.possid.legẽ si tertius. §. fin. de aqua plu.arcend. Paul.de Castr in Consil. xvij.in caus. quæ vert.Fulgo siũ consil.lxvij.paterfam.col.ij. vt si ex ipsius contractu conueniantur.

MODE-

MODESTINVS. LIB. VI. DIFFER.

Lex cxcv. al.l.cl.

E*xpressa nocent, non expressa non nocent.*

Ex l.nonnunquam.de condi.& demõstratio.est hæc reg.sumpta.

PAVLVS LIB. III. AD PLAVTIVM. al. Vlpia.

Lex clxx. al.l.cxxxij.

F*Actum à iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est.*

Card.in clemẽt.j.§.fin. in fi. de celebrat.missar. & gloss. l. non videtur §.qui iussu.sup.eod. vt si iudicauerit vel delegauerit in aliena iurisdictione, vel si procurator fisci, vel pedaneus de ingenuitate sententiam tulerint.

PAVLVS LIB. LXV. AD EDICT.

Lex clv. al. cxcvij. a.deest in florent.

F*Actum cuique suum, non aduersario suo, a nocere debet. Nõ videtur vim facere, qui iure suo vtitur, & ordinaria actione experitur. In pœnalibus causis benignius interpretandum est.*

Veluti si reus dolo actoris iudicio nõ sistat ipsi actori non reo noceat. Ex tractatu interdictorum.& reliqua videbis in reg.inf.non debet.

CAIVS LIB. V. AD EDIC. PROV.

al. clxviij. Lex cxv.

F*Auorabiliores rei potiùs, quàm actores, habentur.*

Idem Aristoteles in problem. sectione partic. decima octaua de his quæ ad ius ciuile pertinent. & facit l. Arianus. de action. & obligat. & in reg. cùm sunt partium iura. eod. tit. in vj. & in ca. inter dilectos in fin. de fid. instrum.

PAVLVS LIB. IIII. AD EDICTVM.

al. cix. Lex cviij.

F*Erè in omnibus pœnalibus iudicijs, & ætati, & imprudentiæ succurritur.*

Veluti minori ætati, in furto & dãno, &c. maiori, imprudẽtię. Ex tit. de in ius vocãdo. & tit. ne quis eũ qui in ius voc. vi. l. j. §. impuberes C. de falsa monet. l. infans sup. de sicar.

PAVLVS LIB. LXV. AD EDICTVM.

al. cxcvj. Lex cliij.

F*Erè quibuscunque modis obligamur, ijsdem in cõtrarium actis liberamur:*[a] *quum quibus modis adquirimus, ijsdem in contrarium actis*[b] *amittamus. Vt igitur nulla possessio adquiri, nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtrunque in contrarium actum*[c] *est.*

a cum in π. flor. aliàs vt b. amittim. in π. flor. c. de est. in π florentinis.

Con-

Cõiunge l. quemadmodum de acquirend. possesion. & vid. amplius reg. nihil tam naturale. Qui consensu obligantur, contrario cõsensu re integra liberantur. Qui re data obligantur, re soluta liberantur.

†*METIANVS LIB. I. FIDEIcommissorum.*

Lex xciij.

Filiusfamiliâs neque retinere, neque [a] *recuperare, neque* [b] *adipisci possessionem rei peculiaris videtur.*

Annecte l. xviij. de castrens. pecul. & vid. l. quicquid de acquir. possess. l. j. §. itẽ eod. tit. & §. j. Instit. per quas person. nob. acquir. quũ pater per eum hæc omnia faciat, licet ignoret filium in sua potestate.

† Męcianus in π. floren. al. xciiij.
a. recuperare. in π. florent.
b apisci. in ijsdem.

VLPIAN. LIB. I. AD SABINVM.

Lex ij.

Foeminæ ab omnibus officijs ciuilibus vel publicis remotæ sunt: & ideò nec iudices esse possũt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec † *procuratrices existere. Item* [a] *impuberes omnib. officijs ciuil.* [b] *debẽt abstinere.*

Cõiunge l. x. de stat. hom. l. 7. de bon. possesion. alioqui pro se & pro certis personis, & ꝓ liberis, fratre, sorore postulãt.

†procuratores in π florent. al. curatores.
a impubes. in π. flor.
b debet. ibidem.

PAPIN. LIB. XXXII. QVAESTION.

al.lxxx. Lex lxxij.

Fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoq; † *cōsideratur.*

† desiderat.

De his vid.l. ait prætor. §.ita demum. quæ in fraud. credit. l. ij. C.de ser. pign. dat. manum, consilium, & non euentus solùm facit fraudem. in fidei commissarijs tamen libertatib. obtinuit euentum solùm inspici.

IABOLENVS LIB. III. EX POSTERIORIBVS *Labeon.*

Lex lxxij.

Fructus rei est, vel pignori dare licere.

Cōiunge l.vet.de vsur.& vid.tit. quibus mod.re contrahi.oblig.in Institut.

POMPON. LIB. XXXIIII. AD SABIN.

al.xlj. Lex. xl.

Furiosi, vel eius cui bonis [a] *interdicitur, nulla voluntas est.*

a interdictum sit in r. florent.

Coniunge l. xx. de aqua pluu. arcend. & vid. reg. cum commētat. inf. in negocijs: proinde nec alienare potest nec alienanti consentire.

PAPINIAN. LIB. XXXI. QVAEST.

al. lxxix. Lex lxxviij.

Genera-


Eneraliter cùm de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per aduersarium habere [a] non potuit, considerandum est. a potuerit, in π. floren.

Fraus à ferendo, deceptio quæ alicui infertur. et Papinianus ait semper in iure ciuili, non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desiderari, respiciens eodem, quò respexit naturalis lex, dum dicit, non concupisces, &c. & vid. hîc Bald. & tit. si de feu. fuerit controuersia int. dom. & agnat. in c. j. §. beneficium. in princip. vbi ad hoc allegat. Ioan. Mona. in cap. auaritiæ. de elect. in vj. & facit. text. fraus. de legibus. l. in fraudem. quæ in fraud. credit.

VLPIAN. LIB. III. DISPVTAtionum.

Lex. lix. al. lx.


AEredem eiusdem potestatis iurisq́; esse, unus fuit defunctus, constat.

Quandoquidem eadem persona est quodammodo hæres cum defuncto. §. j. in authentic. de iureiur. à mori. præstit. non tamen obtinet in dote, vel vsufructu.

IVLIAN. LIB. VI. DIGESTOR.

al.lxiij. Lex lxij.

a habuerit in π.floren. vbi et inclusa desunt.

HAEreditas nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius, quod defunctus [a] *habuit [tempore mortis.]*

Ex tit.de petit.hæredit.coniunge l.ei qui.eod.tit.& l.24.de verb.significat.tamé subintellige modò nó fuerit psonale.

VLPIAN. LIB. LXIX. AD EDICT.

al. cxcv. Lex clij.

a aut in vis pub.in π. florent.

[] pro inclusis legitur in π. florét. mádat.

b al.in maleficio rati habitio mádato cópara- ratur. sic in π.florent.

c deest ibid.

HOc iure vtimur, vt quicquid omninò per vim fiat: aut †in vis† publicæ, [a] *aut priuatæ crimen incidat. Deiecit & qui [vel iussit, vel mandauit, vel ratum habuit.]* [b] *Rati enim habitio mãdato cõparatur. In cõtractibus,* [c] *in quib. doli præstatio vel bona fides inest, hæres in solidũ tenetur.*

Ex tit.de vi armata.& vid.l.quo tutela.§.vi factum.eo tit. vis alia est publica, alia est priuata:vt per glos.hîc.& Azo.in summa,ad leg.Iul.de vi.& qui eam facit in crimen incidit,in l.Iuliã vis publ. aut priuatæ. Et quæ ad hanc l.non pertinens est,vis est quę coercetur interdicto quod vi aut clam . veluti qui prohibitus facit, vim faciat. Tamen vbi métio fit de vi:intelligitur de vi priuata,vt minor sit pœna.l.si præses.de pœn.

POM-

POMPONIVS LIB. V. AD SABIN.

Lex xj.

D quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.

Excipitur tamen factum Principis vel fisci, qui rem nostram vt suam, distrahant, & alienare intelligantur. ita vt nostrum sit interpretandum, cùm rem nostram nos ipsi tradimus, vel alius nostro consensu, vel iussu. vt factum pro voluntate etiam simplici exponatur. vti volútas nostra, & animus facti esse dicitur.

VLPIAN. LIB. XXI. AD SABIN. al. Paulus

Lex xvj.

IMaginaria venditio non est, precio accedente.

Quandoquidem vbi precium sit verum, non simulatum, vera venditio est: licet precium posteà remittatur, vel totum, vel pro parte. nam precium in effectu arguit contractum venditionis. l. fin. vbi Bart. C. de prædi. curia. lib. x. & not. gloss. & Bald. in l. cùm dotem. C. de iur. dot. & gloss. in verb. precio. in l. apud Celsum. §. si cum legitima. de exceptio. doli.

CAIVS LIB. VII. AD ED. PROVIN.

al. clxxiiij.

Lex. cxxij.

IMperitia, culpæ annumeratur.

Ex tit. ad leg. Aquil. veluti in ea l. dicitur, vt si medicus quid malè affectauerit, quod ignorauerit, eum culpæ reū esse. l. culpa. sup. eod. & vid. l. illicitas. §. sicuti. de offic. præsid. cum simil. alleg. in gloss.

al. Marcel. lex. cxlv.

CELSVS LIB. VIII. DIGESTORVM.

Lex cxxxv.

IMpossibilium nulla obligatio est.

Quemadmodum si quis promittat se sororem ducturum, quod iure impossibile est. Idem etenim dicitur. l. quod nullius esse potest. in regul. nemo potest. eod. tit. in vj. ad idē text. l. j. §. si id quod. de act. & oblig.

Maecianus in w. florēt. al. lex xcvij

†METIANVS LIB. XII. FIDEIcommissorum.

Lex xcvj.

*IN ambiguis orationibus maximè sententia spectanda *est* eius, qui eas protulisset.*

Vt declaremus. In ambiguis orationibus legislatoris, siue actoris maximè spectanda est eius sentētia, qui eas protulisset. vt in libertate etiam censendum videtur. l. generaliter. ff. de fideicōmiss libert.

PAV-

PAVL. LIB. VI. QVAESTIONVM.
Lex lxxxv. al.lxxxvj.

IN *ambiguis, pro dotibus respondere melius est. Non est nouum, vt quæ semel vtiliter constituta sunt, durẽt: licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerũt. Quoties [a] æquitatem desiderũ naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est.* a æquitate in π, floren.

Coniunge l.in ambiguis. de iur.dot.l. Caius.solut.matri.l.si ego.§.si res.de iur. dot.l.fin.C.ad Velleia.l.j.ff.solu.matrimonio.

PAVLVS LIB. VI. AD PLAVTIVM. al. Vlpian.
Lex clxxiij. lex, cxxiiij.

IN *condemnatione personarum, quæ in id quod facere possunt, [a] damnantur: non totum quod habent, extorquendum est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant.* a condemnantur. 1. *Cùm verbum, restituas, in [b] lege inuenitur: et si non specialiter de fructib. additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi.* b deest in π florentinis. 2. *Vnicuique sua mora nocet: quod & in duobus reis promittendi obseruatur.* 3. *Dolo facit, qui petit quod [a] restituturus est.* a redditur in π, floren.

Ex tit.de re iudic.& cõiunge.l.videamus.de vsur.itẽ & adde l.dolo.8. de doli except.

PAVL. LIB. V. AD PLAVTIVM.

al. Vlp. cxxxv.

Lex clxxij.

IN contrahenda venditione, ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est. Ambigua autem intentio ita accipienda est, vt res salua actori sit.

Hoc est, in cõtrahenda obligatione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est: ambigua nanque intentio, sic accipitur, vt res salua actori sit.

PAVLVS LIB. VI. AD EDICTVM.

Lex cxj.

1. *IN eo quod plus sit, semper inest minus. Nemo*
a nisi si cũ. in π. flor. *alienæ rei expromissor idoneus videtur,* [a] *nisi cũ*
2. *satisdatione. Pupillus pati posse non intelligitur.*
3. *Vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum*
4. *esse factum. Mulieribus tunc succurrendum est,*
b defendantur in π. flo. aliâs defraudẽtur. *cùm* [b] *defraudantur: non vt facilius calumnientur.*

Ita dum quis viam stipulatus est, & ire tantùm potest, si velit. & ferè concordat cum reg. inf. non debet. & non potest videri improbus. l. j. §. si stipulatus. de verb. obligat. ita vt regula hæc videatur procedere de proprietate sermõis, dum aiat: semper inest. vt in viginti & decẽ inesse.

& l.

& l.qui quartam.in princ.de leg.j.l. qui cōcubinam.§.cum ita.de leg.iij.l. si quis. de except.rei iud.

POMPONIVS LIB. XXII. AD SAB.

Lex xxxiij. al.xxxiiij.

IN eo quod vel is qui petit, vel is à quo a petitur, † lucri petiturus est, durior causa est petitoris. a petitur, lucri facturus est. sic in π. flor.

Quoniam inter omnes quibus ex simili causa debetur, occupantis melior est conditio. † lucri causa facturus est.in alijs impr.vet. lib.

VLPIAN. LIB. LXXVII. AD EDIC.

Lex. clxj. al.cxxij.

IN iure ciuili receptum est, quoties per eum, cuius interest, † conditionem non impleri, fiat quo minus impleatur, perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset. quod ad a libertates & legata, & ad hæredum institutiones perducitur. Quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cùm per promissorem factum esset, quò minus stipulator conditioni pareret. Ex tractatu prętor stip. sic in π. flor. al. † conditionē impleri, non fiat.

Concordat cum reg.stat per eum.eod. tit.in vj.quum hæc etiam habent locum in vlti. voluntatibus, & in contractibus: item concordat tex.l.iure ciuili.de condit.& demonst.l. labeo. in fine de contrah.empt.l.sed addes.§.fin.l.qui operas. loc.l.j.§.diuus de extraord. cogn.

PAVLVS LIB. II. AD SABIN.

Lex v.

a intellige-rent. in π. florent.
b deest in π. flor.

IN *negocijs contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui fari possunt, quamuis actum rei non* a *intelligant. Nam furiosus nullum negocium contrahere potest: pupillus omnia* b *negocia, tutore authore, agere potest.*

Coniunge. l. 9. de acquir. hered. & §. furiosus. Instit. de inutil. stip. l. furiosi. inf. eod. §. prætereà. Instit. quib. non est permiss. fac. testa. l. 2. §. furiosus. de iur. cod.

la. vlp l. cxlv.

PAVLVS LIB. XVI. AD PLAVT.

Lex clxxix.

IN *obscura voluntatem manumittentis, fauendum est libertati.*

Coniunge l. si peculium. de stat. liber. & inf. l quoties. & l. proximè. §. fin. de ijs quæ in testa. delen.

PAVLVS LIB. X. AD EDICT.

al. cxv.

Lex cxiiij.

a solere in π florentinis.

IN *obscuris inspici* a *solet, quod verisimilius est, aut quod plerunque fieri solet.*

Veluti mulier, quæ diuertit, & postea matrimonium reconciliauit, eandem dotem dedisse verisimilius est: nisi nominatim aliud actũ sit. vid. reg. semper

per in obscuris infra.

PAVL. LI. SINGVL. DE DOT. REP. al.paul.de asignat libert.l.lxix. non includuntur per parēthesin in π.flor.

Lex lxviij.

IN omnibus causis id obseruatur, vt vbi personæ conditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficium quoq; deficiat: vbi verò genus actionis id desiderat, ibi (ad quemuis persecutio eius deuenerit) non deficiat ratio auxilij.

Priuilegium personale cum persona extinguitur. Et priuilegium datum actioni transit cum actione. l. cum patronus. in fin. de leg. 2. l. quia tale, solut. matrim. §. sed & quod principi. Instit. de iur. nat. gent. & ciui. Et ita ergo persona & genus actionis faciet locum beneficio.

POMPONIVS LIB. XXXII. AD SAB.

Lex xxxix. al.xl.

IN omnibus causis pro facto accipitur id, † in quo quis alium perhorrescit quò minus fiat. † in quo per aliũ mora est, quo &c. sic in π flor. hæc sola est vitiosa.

Concord. l. vnica. C. de ijs qui propt. met. iud. non appel. & cap. fin. de appel. l. metum autem, quod met. caus. a ponitur in π. florent.

IDEM LIB. V. AD SABINVM.

Lex xiiij.

IN omnibus obligationibus, in quibus dies non a apponitur, præsenti die debetur.

Nisi

Nisi locus adiectus,spatium temporis inducat,quo illò perueniri posit. & habetur idem.l.eum qui Kalendis.§.quoties.de verb.obligat. cum simil. alleg. in gloss.ad idem text..l. si dies in princip. quand.dies lega.ced.§. omnis. Instit. de verb.oblig.

PAVLVS LIB. XI. AD PLAVTIVM.

al.Vlpian. cxxxvj.

Lex clxxv.

sic in π flor. aliâs in omnibus officijs,quę fieri per liberas personas.

IN his,quæ officium per liberas fieri personas leges desiderant,seruus interuenire non potest. Non debeo melioris conditionis esse quàm author meus, à quo ius in me transit.

Veluti tutelę vel curę,iudicij,arbitrij testimonijs interesse,nec officio publico fungi.Cõcord.reg.&l.quod attinet. & l. in personam.l.cum prætor.§. fin.de iudic.l.qui testamento.§.seruus de testa.

PAVLVS LIB. XV. QVAESTION.

al.xe.

Lex xc.

IN omnibus quidem,maximè tamen in iure, æquitas spectanda est.

Maximè autẽ in iuris professione spectatur ęquitas(&plus quàmin Grammaticis vel dialecticis)vt iudex eam stricto iuri præferat. cum etenim ius strictum sit,pacta seruari:æquitas autem , sua distin-

ſtinctione dicat quædam pacta ſeruanda non eſſe, vt quæ dolo, quæ metu quæ vi, quæue cum minore, vel quæ cum fœmina & maximè vidua, filiofam. furioſo, ſurdo, muto, mente capto &c. facta ſunt: iudex decernere debet ſecundum æquitatem, hoc eſt, potius non eſſe ſeruanda, quã ſecundũ iuris rigorẽ atq; anguſtias. quũ in omnibus ſpectanda ſit æquitas: & benignior interpretatio fieri debeat. vt reg: ſemper dubijs. inf. & maximè quidẽ in iure, eo quòd æquitas præferatur rigori. l. placuit. C. de iudic. & l. ſi tibi. ſi cert. pet. c. fin. de tranſac. & not. Bald. per illũ text. l. ij. not. j. C. de reſcind. vend. l. cũ ſtipulati ſum⁹. §. ſequitur. de verb. oblig. & ibi. Iaſ. in hunc locum & Fel. in c. ex parte. de offic. deleg.

